Nobilissimo, Doctissimo viro
Constantino Hugenio Equiti &c.
S. P. D.
Isaacus Gruterus

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Vir Nobilissime

Quae innititur tibi praecipue Gymnasii Auriaci cura fecit ut ab evulgato rumore incertus tui iudicii fidem requirerem. Veniam dabis non otiose interpellanti, sed ubi rebus suis grande momentum verti putat. Audio quaesitum humaniorum apud Bredanos literarum professorem, serius et ab elapso plurium septimanarum intervallo. Ludar-ne pictis speciose credulorum imaginibus, an doctorem suum nacta Sparta sit, an casus nostro Belgio fatalis cruda Principis Auriaci morte everterit decretum eo urbente factum, studiose exquirentem fallit ubique spes, sed eo loci remotum, quo nonnisi tardius et confectis fere negotiis talia perferuntur. Tu, Vir Nobiliss. cui hic certiora scire datum, et omnes dubii discussura nebulas, impetrari a te patere ut epistolam, quae aut fluctuantis animi, melius edocti, motus componat, aut si vibalitati adhuc hamus pendet, facem exerat ingressuro campum candidato et qui ambitum tuo, si fas est, patrocinio instruere speret. Ingens votum, sed ab immodestia excusandum, ubi quis honestis rebus suis consulere tentat apud eum, qui ut literariam gloria excellit, ita ingenii Musas amplexit, atque inde vitae subsidia quaerere coactis, liberalissime commodare solet dignitate suorum suffragiorum. Vale. Nobiliss.

Middelburgi in Zelandia. Triduo ante Calendas Decemb. CIƆIƆCL.

Hospitium mihi hic apud fratrem Jacobum Gruterum in de wagenstraat aght de oude kerk tegen over de ~~f~~ son by het bagynhof
singulis septimanis die Jovis tabellarius ante meridiem, et die Veneris navis hinc tendit.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruterus) 13
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5082

Myn Heer

Myn Heer Constantyn Hugens
Ridder, Raad en Secretaris
van Zyn Hooght. etc.
ten huis opt pleijn, in

sGravenhaag

par amis

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruterus) 13
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5082